

Universitätsbibliothek Paderborn

Viridarivm Sanctorvm

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

Rader, Matthäus

Avgvstae Vindelicorvm, 1607

S. Pavlus Homologetes, Archiepiscopvs Neocæsareæ Vnvs ex CCXVI.
Patribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43013

Nobilissima hæc Anastasia celebratur ab omnibus. Vita eius M S. habetur cum Anastasii Biblioth. præfatione. Extant eiusdem epistolæ ad Chrysogonum in Suida & Nicephoro. vide Lipmann, & Surium, & C. Baronium.

S. P A V L V S H O M O-
L O G E T E S , A R C H I E P I S C O-
P V S N E O C A E S A R E A E V N V S
ex CCCXVI. Patribus.

23. Decēb

Sanctus hic noster pater Paulus vitutib⁹ adeo insignis & clarus fuit, vt eius rei fama Licinii Nicomediæ imperitantis aures verberaret. Atque cum illum, ij qui ad eum comprehendendū missi erant, ad Licinii tribunal adstitterent, primum minis terrere, nec quicquam sanctum aggressi, dein etiam tormentis tentarunt. Ut autem eum cedere cœperunt, omnes ob summam eius patientiam in stuporem dati sunt. Cumque ærarius, ferri * laminam igniisset, eam in sancti viri manus imposuit, alteramq; su- * arroptā
 pra manum collocavit, easque constrictas colligauit, dum ferrum refrigericeret. Unde factum vt articulorum nervi contorti, sensum omnem & usum amitterent. Tum in exilium eiectum, ad Euphratis oras ergastulo incluserunt. Sed ubi Constantinus Magnus Bizantium ex urbe venit, omnes

H 3 ab

ab exilio reuocati custodiisq; educti sedes suas receperunt. Tum & hic carcere liberatus ad thronum suum rediit, in quo velut fidus, ut antea refulsi. Conuenit autem & hic cum illis trecentis decem & octo patribus ad primam Synodum Nicænam.

Cumque omnes vestigia Christi in corpore suo portarent, & in his viderentur, ostenderentque inter se, alius manum precisam, aliis aures, aliis nates, oculos aliis, aliis aliam corporis auulsam partem: Hiatuarearum calla, aut virgarum cicatrices, illi comminuta ossa, aut corpora igne ustulata; quæ omnia Christi causa pertulere. Tum & noster hic B. Paulus haud expers quondam dolorum spectabatur. Gerebat enim virgarum labes, manusque ferro ambustas, & ad usum prorsus inutiles. Postquam igitur Arii causa, in concilium conuenire, Arium diuino planè suffragio exactiorarunt, & anathematis fulmine perculerunt, & cum Imperatore Bizantium profecti sunt. Imperator vero suis ipsis manibus huius B. Pauli complexus manus, & osculatus, easdem etiam oculis eius, & cæteris corporis partibus imposuit, simulque in hanc vocem erupit. Has manus propter Christum emortuas & immotas exosculando

lando nunquam satior. Ita recepto throno suo, cum B. aliquamdiu supervixisset ad Dominum profectus est.

ANNOTATIONES.

Svmni quique Græcorum patrum hunc laudat Athletam Christi, & pontificem: Theodoretus Ecclesiast. hist. l.l. c. 7. Gregorius Presbyter. Orat. de paribus Concilii Nicæni. Nicephorus lib. 8. c. 14. Et Baronius Annal. 3. A.C. 316.

De notis, quas Christi vestigia appellant, iidem memorant.

DE SANCTO NICO- LAO, EX MILITE MONA- CHO.

HIC Nicephori imperio, conditione miles erat. Imperatore ergo expeditionem in Bulgaros adornante, & hic cum exercitu est profectus, ac circa solis occasum in cauponam publicā diuertit, & cum hospite cœnauit. Fusis (post cœnam de more) precibus, se ad somnum composuit, circaque secundam aut tertiam noctis vigiliam cauponis filia, telo cupidinis saucia, virum iustum pungere, & ad stuprum sollicitare cœpit. Sed vir sanctus ad eam: Apage, inquit, mulier, cum nefariis & tartareis tuis amoribus, nec virginitatis tuæ florem

H 4 corrum-